

Heinrich Müller

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis D. Henricus Müller/ Theol.
Prof. Ordinarius ... Ad exequias, Quae Viro ... Dn. M. Georgio Völknero, hodie
parabuntur Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat : P.P. Rostochii
sub sigillo Rectoratus d. XIX. Ianuarii. Anno MDCLXIV.**

Rostochi[i]: Kilius, 1664

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777136627>

Druck Freier  Zugang



Müller, H.,

in G. Völkner

Rost. 1664.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777136627/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777136627/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777136627/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777136627/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA 143.

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
D. HENRICUS

^{Quo}
Düller /

Theol. Prof. Ordinarius, Facul-
tatis suæ hodie Decanus & ad Div.
Mariæ Pastor
Ad exequias,
^{Qua}
^{VIRO PRAECLARISSIMO}
DN. M. GEORGIO
VÖLKNERO,

hodie parabuntur
Omnes omnium ordinum Cives Acade-
micos sedulo serioq;
invitat.

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus
d. XIX. Januarii. Anno M DCLXIV.



ROSTOCHI,
Typis JOHANNIS KILI, Acad. Typogr.

157



Entiles Viros illustres vita functos ad sidera adscendere & in sidera converti existimarunt. Variis formulis hunc ad stellas adscensum significabant; ire ad astra, astra petere, astramereri, ire polo, calcare sidera, & similibus. Virgilius l. IX.

Macte nova virtute puer, sic itur ad astra. Seneca Fur. Non est ad astra mollis è terra via. Lucanus l. I. Tu cum statione peracta, astra petes. Statius l. I. sylv. 2. Ire polo, nitidosq; errare per axes visus. Propertius l. I. Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis. His formulis duo designata arbitror. Primum ab impia Philosophorum opinione ortum, qui animas & ideas rerum longe ante corpora creatas volebant, & stellis infixas, tanquam in vehiculis omnia perlustrasse, & inde huc delatas, Tandemq; post mortem, exsuto corpore, se ad easdem sedes contulisse. Huc faciunt illa Platonis in Timæo, ubi de Deo ita loquitur; Deniq; cum universum constituisset, astris parem numerum distribuit animarum, singulis singulas adhibens: eisq; tanquam vehiculo impositis, monstravit universi naturam, & leges fatales edixit. Quintilianus declam. X. laudat sapientes illos, qui dixerunt, Animam flammei vigoris impetum, perennitatemq; non ex nostro igne surmentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes: unde venire, unde rerum auctorem, parentemq; spiritum ducimus: nec interire, nec solvi, nec ullo mortalitatis affici fato: sed quoties humani pectoris

Etoris carcerem effugerit, & exonerata membris mortalibus, levi seigne lustraverit, petere sedes inter astra, donec in alia fata, seculo pugnante, transmigret. Hinc orta deliria illa de necessitate stellarum influxu, quæ innumerarunt superstitiones mentes occuparunt. Cum enim astris conjunctas creari animas, eoque remeaturas crederent, omnia hominum ab astris etiam pendere crediderunt. Audias iterum Quintilianum Decl. IV. hac de re ita disserentem; Omnes, sicut apud sacra artis antis litites satis constat, animæ proprietates, & futuras mentium corporumque formas, ex illorum siderum qualitate, quibus in ortu suo conjunctæ gignuntur, accipiunt. Aliquis vagi numinis errore praestriktus est; vitam transigit ille discursibus. Blanda conceptum stella signavit; erit modesta lenitate conspicuus. Ardens nascentis horam sidus accendit; viribus pariter moribusque flagrabit. Languidi, etiam vergentis in proclive mundi; hebescentibus tardior membris, similis senectæ juvena pigrescit. Si cui principalior Deorum fulgor illuxerit, in populi consurget imperium. Credo, mehercle, in illum natalem meum monstri diem, iratorum numinum conspirasse violentiam, sedemque prodigijs spiritus collato pariter igne pressisse. Alterum vulgari superstitione effrenatus est. Volebant enim animas illas, quas magnas & illustres vocabant, in sidera fore convertendas, aut fuisse conversas. Ovidius I. V. Metam. post multa de Julio Cæsare occiso;

Conficit alma Venus, nulli cernenda, suisque
Cæsar is eripuit membris, nec in æra solvi

Pausa

*Passa recentem animam, cœlestibus intulit astris,
Dumq; tulit, numen capere atq; ignescere sensit,
Emisitq; simul, simul altius evolat illa:
Flammiferumq; trahens spatiose limite crinem
Stella micat.*

Statius passim, quot nobiliores animas ad astra missas credit, tot in astra conversas prædicat. Lib. I. Sil. I. fingens ad colosseam statuam Domitiani consanguineos ejus defunctos, noctu adventaturos, subdit;

*Ibit in amplexus natus, fraterq;, paterq;
Et soror: una locum cervix dabit omnibus astris*

Existimabant alioquin veteres animas haud vulgares post mortem circulo lacteo inferi. De quo multa Cicero in somnio Scipionis. Inter alia, omnibus, inquit, qui Patriam conservarint, adjuverint, auxerint, certum esse in cœlo diffinitum locum, ubi beati sempiterno ævo fruantur. Quem locum fuisse circulum lacteum, ex iis, quæ sequuntur, haud difficulter coniicies. Allusit huc Manilius l. rationem exponens, cur circulus ille clarior reluceat,

*An fortis animæ, dignataq; nomina cœlo,
Corporibus resoluta suis, terraq; remissa,
Huc migrant ex orbe, suumq; habitantia cœlum.
Æthereos vivunt annos.*

Huc etiam facere videntur ea, quæ habet Hieronymus Epist. XXIV. nescio de quo Ethnico defuncto. Nunc desolatus & nudus, non in lacteo cœli palatio, ut uxori mentionatur infelix, sed in sordentibus tenebris continetur. Nimirum putabant illi ex opinione Democrati, lacteum circum

culum nihil esse aliud, quam innumeras stellas in u-
num coeuntes, quas suorum animas non illustres tan-
tum, sed & plebeii credebant. Ast parum erat morta-
libus, stellis induitum, & nobiliori à vulgaribus stellulis
sede collocatum iri illustres credere; effrenatior pro-
cessit aut Principum ambitio, aut adulatorum palpa-
tio monstrosa; optio etiam illis dabatur, ut, quam vel-
lent, sedem eligerent, quam optarent mundi partem
superno ex æthere lumine gubernarent, imo & totam
cœli plagam aut percurrerent, aut occuparent. Luca-
nus lib. I. ad Neronem, à quo postea condigna ingen-
tis mendacii præmia tulit;

- - - - Te, cum statione peracta
Astra petes serus prælati Regia cœli
Excipiet gaudente polo: seu sceptra tenere,
Seu te flammiferos Phœbi transcendere currus,
Telluremq; nihil, mutato sole, timentem
Igne vago lustrare juvat. Tibi numine ab omni
Cedetur, jureq; tuo natura relinquet,
Quis Deus effervelis, ubi regnum ponere Mundi;

Hæc Gentiles de suis fabulati. Nos, qui ex verbo ve-
ritatis rectiora sumus edocti, non astris, sed, qui illis
dominatur, Deo uniri credimus piorum animas, post-
quam, deposita mortalis corporis sarcina, in cœlum
avolant, ubi sedibus suscipiuntur non æthereis, sed æ-
ternis, & de Patre luminum luce perfusæ ineffabili so-
lem ipsum splendore si non in tenebras commutant
densissimas, certe multum superant. Experitur id Be-
ati nostri Völknerianiuula; quæ terrenis hisce valere
jussis

jussis ad cælestia emigravit, tanto felicior, quanto à curis
& periculis, quibus premuntur indies mortales, remotior,
& summo suo Bono Deo Optimo Maximo conjunctior. Mer-
retur equidem is, ut præclari quicquam scribatur in ejus o-
bitum, quo abs interitu vindicetur illius memoria. Sed
quia hesterna luce non ante tertiam pomeridianam hoc
commentandi onus impositum nobis, ne Typographo
quod debetur omne tempus præripiatur, tribus ea, quæ ad
commendationem BEATI nostri pertinent, expediemus.
Natus itaq; Vir Præclarus M. GEORGIUS Böckner/Rostochi
Anno Christi M D XCV, d. XXV Februarii, Patrem habuit
HANS Böckner / honesti nominis Virum, Civem oppida-
num, Matrem sortitus est ANNAM, Pastoris Kritzkovien-
sis GEORGII Paschentals & ANNÆ Bicken filiam, fœminam,
ornatissimam. Quorum princeps cura fuit ut per sacra-
mentum initiationis Christo veluti surculus arbori vitæ insitus,
recte ac pie per omnem vitam educaretur. Nimirum nec
Christianum generatio, sed regeneratio; nec virum bonum
nativitas facit, sed recta institutio, qua qui liberos suos de-
stituunt parentes, parricidii scelere sese obstringunt, uti lo-
qui amat Chrysostomus. Sed cum vix annum natus unum
matrem ad plures abiisse expertus esset noster, Kritzkovi-
um ad Avum Virum senio propemodum confectum venire
jussus & informationi GEORGII Albrecht / Templi Weten-
dorffensis custodis commissus Linguae Latinæ prima addi-
dicit rudimenta. Scholis postea Lagensi & Gustroviensi e-
rudiendus traditus, in illa DANIELIS FREUDENBERGII
informatione usus ingens passus est, non sua, sed informa-
toris incuria, studiorum decrementum; in hac vero sub in-
spectione SEBASTIANI Pötschlin tunc temporis collegæ ulti-
mi, postmodū Pastoris Grubenhagensis, bonas literas haud
segniter imbibit, easq; tum in Rostochiensium Schola trivi-
ali, tum in Stetinensium Gymnasio ingenti auxit profectu.

Anno

Anno M DC XVIII Academiam hanc nostram ingressus aliena quadra vivere & mensam, quam vocant ambulatoriam, sibi eligere abs necessitate ipsa, quæ legi haud se submitit ulli, iussus est. Fecit hæc ipsa, ut studiis aliorum, quos inter fuere filii B. Consulis SCHUTZII, CURTA BULOVII, Hæreditarii in Tremß/ & ROMERI ab OSTEN, Hæreditarii in Arenßhoff/ provehendis, suis interim minime neglectis, horas suas impendere & euras cogeretur. Donec Anno M DC XXVIIIScholæ Gustroviensi legitime præficeretur, ubi CONRECTORIS provinciam per decennium dexterime & fideliter, nec sine laude sua, nec sine discipulorum fructu egregio sustinuit. Sed postquam ibidem lues quædam pestilentissima sævire & labores scholasticos haud parum turbare cœpit, ob persecutiones, quibus premebatur non unis, munus sibi impositum depositus, & ad exterios iter parans præter Academiam Altorffinam, (in qua Viros examissim doctos audivit,) Hamburgum, Bremam, Hol-satiam, Daniam, Belgium, Svveciam, Livoniam & Curlandiam salutavit. Anno M DC XLI superioris Germaniæ Academias & Urbes celebriores, Nurnbergam, Ratisbonam, Augustam Vindel. Brunsvigum, Magdeburgum, Franco-furtum ad Mœnum, Tubingam, Argentoratum, & Gieslam adiit. Ex peregrinatione hac reversus in patriam non sine insigni Auditorii applausu conciones habuit de non uno themate egregias. Deum colere velut pro animo ipsi & Spiritu fuit, quocum familiariter vixit ut cum amico; proximo, ubi occasio data, pro virili inserviit, vivendum etiam esse aliis ipso naturæ lumine edoctus; nec sibi ipsi defuit vita suæ exactus & satis rigidus censor, quam ad trutinam verbi divini, quod esse decet vitæ nostræ ducem lucemque, appendit semper. Morbo correptus voluntati divinæ suam submittere æquum ratus, mortem non abnuit, prout hæc ejus

ejus, quæ manu sua conscripsit, verba ad oculum demon-
strant. Gott hat mich auss Kranchbett geleget / daß ich nicht
wissen kan was er an mir thun wird. Er mache es mit mir nach seis-
nen gnädigen Willen zum Tode oder Leben. Den lebe ich / so lebe
ich dem Herrn / sterbe ich / so sterbe ich dem Herrn / darumb ich lebe ic.
Den darumb ist Christus gestorben und auferstanden / daß er über
Todte und Lebendige ein Herr sey: Ad nutum itaq; Domini pa-
rere promptus animus ejus è corporis domicilio, in quo an-
nos LXVIII tanquam hospes præstantissimus commoratus
fuerat, ad beatorum sedes evolavit, ubi nunc sempli-
terno ævo fruitur, securus laborum & ærumna-
rum, quibus in hac vita ad satietatem
usq; fuit defatigatus.

Hora I celebra buntur iusta Praclarissimi Viri.
Quibus ut intersitis frequentes, CIVES ACADE-
MICI, Viri & Virtus & ipsum senium vos adhortari
jure suo possunt. Nec minus nos, ut id faciatis
promptè, sedulo vos commonemus.
Convenietur in ade Jacobæ.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777136627/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777136627/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777136627/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777136627/phys_0014)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777136627/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777136627/phys_0015)





Anno M DC XVIII Academian
aliena quadra vivere & mensam .
am, sibi eligere abs necessitate ipsi
tit ulli, jussus est. Fecit hæc ipsa
inter fuere filii B. Consulis SCHU
Hæreditarii in Tremþ/ & ROMER
in Arenþhoff/ provehendis, suis in
horas suas impendere & euras c
M DC XXVIIIScholæ Gustrovie
ubi CONRECTORIS provinciam
me & fideliter, nec sine laude su
fructu egregio sustinuit. Sed po
dam pestilentissima favire & labo
rum turbare cœpit, ob persecuti
non unis, munus sibi impositum
ter parans præter Academiam A
examissim doctos audivit,) Han
satiam, Daniam, Belgium, Svved
diam salutavit. Anno M DC XI
cademias & Urbes celebriores, N
Augustam Vindel. Brunsvigum
furtum ad Mœnum, Tubingam
sam adiit. Ex peregrinatione hac
sine insigni Auditorii applausu co
no themate egregias. Deum cole
Spiritu fuit, quocum familiariter
ximo, ubi occasio data, pro virili
esse aliis ipso naturæ lumine edoc
tæ suæ exactus & satis rigidus cer
verbidi divini, quod esse decet vitæ
appendit semper. Morbo corrept
submittere æquum ratus, morte



Stram ingressus
nt ambulatori-
iaud se submit-
aliorum, quos
TII BULOVII,
N, H^ereditarii
ime neglectis,
Donec Anno
e pr^aficeretur,
nium dexterri-
discipulorum,
dem lues quæ-
sticos haud pa-
us premebatur
& ad exterios i-
, (in qua Viros
Bremam, Hol-
iam & Curlan-
s Germaniæ A-
, Ratisbonam,
rgum, Franco-
atum, & Gief-
patriam non
buit de non u-
o animo ipsi &
n amico; pro-
vendum etiam
ipsi defuit vi-
ad trutinam.
em lucemque,
ti divinæ suam
lit, prout hæ
ejus